UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XV. Alivd Miracvlvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

DE ALIO PVERO curato.

PVER quidam cum continuo vomitu fatigatus eſſet, nil penitus alimoniæ retinebat. Qui ad tumbam ſancti ponderatus à ſuis, ſine mora plenam adeptus eſt ſanitatem. XIII

ALIVD MIRACVLVM.

QVÆDAM mulier horrendo ventris adeò fuit inflata tumore, vt ab alijs, & à ſe ipſa grauida crederetur, paciens crebras, ſicut ſolent, habẽtes in vtero, punctiones; verum ſolito prægnantium tempore deuoluto, cum ſe non eſſe grauidam comperiſſet, ad ſancti viri Dei ſepulchrum cum oblationibus & Dei laudibus ſe præſentans. XIV.

Videtur aliquid deeſſe.

ALIVD MIRACVLVM.

QVÆDAM AGNES in ſancti PAVLI MONASTERIO MONIALIS incredibili tuſſis incommodo fatigata, ad inuocationem famuli Dei ſe ſenſit continuò liberatam. Quæ tempore alio morbo ſimili repetita, repetita oratione ad Dei ſeruum ſecundo mox curata eſt per eundem. XV.

DE QVODAM IVVENE ſanato.

IVVENIS quidam dictus VLRICVS de CEVVREN dolore grauiſſimo capitis moleſtatus, ad ſepulchrum ſancti deuote ſe ponderans ſine mora eſt redditus ſanitati. XVI.